

liter et potenter et contra eos capiendo Damietam et eos mult pliciter debellando celebrem fuerimus victoriam consecuti facientes ad Dei laudem in multis locis, in quibus diabolice¹ perdit Magumeti dogmata colebantur, sacra divina misteria celebrari, ecce repente furor Domini nos depressit, heu dolor, proh dedecus, o flebile dampnum, quod gaudium nostrum conversum est in lacrimas et in luctum, cum flore quidem populi christiani et multitudine nobilium regni nostri permittente Deo in bello sumus a barbaris nacionibus expugnati. Ubi tantus christianorum cruor est fusus, tot milia nobilium trucidata et tot impiorum carceribus sunt retrusa, quod dolorosum est enarrandum et impossibile ac miserabile cogitata², ad videndum quoque tam pestiferum et flebile fuit, quod simili errore³ aut stupore⁴ dignum fuisse non credimus post Dominicam passionem. Dolcat igitur atque fleat religio christiana, quod ex hoc potencie divine detrahitur, cultus barbarorum augetur et exaltatur perfidia sequencium Magumectum. Quorum sevarabies tanto furore parat contra chriticolarum reliquias invadere, quod nisi nobis celeriter miseratio divina succurrat, de inrecuperabili Terre Sancte amissione plurimum formidatur. Cum igitur sacrum Romanum imperium, quod totius orbis (est) capud, vestre maiestatis clemencie omnipotens celorum conditor, qui vos super omnes, qui unquam in regno regnasse dicuntur, multipliciter exaltavit, commiserit gubernandum, in manu vestra posuerit gladium temporale, sue sanctissime fidei vos constituens defensorem, sublimem celsitudinem vestram, cui subdite sunt omnes gencium naciones, cui omne terrenorum genu flectitur et curvatur, celeberrima fama cuiusque universum orbem mirifico sono (sic) replevit et de hac veri assencia superatur, pro parte illius, qui vos super omnes principes terre constituit, obsecramus, quatinus in succursum nostrum ad defensionem predictae terre, cuius nobile regnum vestre tutele ac gubernacioni commisit, contra barbaras naciones victrices aquilas dirigatis vestras ineffabiles potencias extendentes, ut christianus populus tam vituperabiliter nunc oppressus contritis viribus impiorum per vestra brachia relevatus se liberatum esse in Deo per summum terrenorum principem principum gloriatur.

A n h a n g.

Die Aechtheit des oben S. 573 erwähnten Briefes (1188—1189) ist bisher nicht bestritten worden, aber es ist doch gewiss interessant, hier noch ausführlichere Beweise derselben aus der Hand eines so gewiegten Orientalisten, wie Herr Prof. Dr. Gildemeister ist, zu erhalten.

1) 'diabolica'?

2) 'cogitatu'? Die Stelle ist sehr verderbt.

3) Ob 'terrore'?

4) Ob 'aliquid' zu ergänzen?